



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

35 Parochus ministerium spirituale parochianis etiam non offerentibus
negare non potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

luntaria efficitur etiam debita, quando propter ecclesie paupertatem non possunt parochi ex redditibus sustentari, quia, si parochiani non offerunt, hoc casu ab Episcopo, cujus officium est implorandum, cogi possunt per subtractionem sacramentorum ad offerendum, & circa oblationes, ad pias consuetudines conservandas. S. Thom. eo. art. 1. q. 86. Henr. Boich. in cap. quamvis. n. 7. & 8. de decim. Abb. in rubr. de Paroch. num. 3. Lap. alleg. 66. alias 67. num. 5. Felin. in cap. veniens. il. 1. num. 3. de test. Covar. lib. 1. var. resolut. cap. 27. num. 3. & Graff. eod. c. 27. n. 6.

35 Proprius tamen parochus ꝑ propria auctoritate laicis, etiam si a consuetis oblationibus diu cessaverint, ministerium spirituale negare non potest, Felin. Covar. & Graff. locu supracitato, licet glo. in d. cap. omnis Christianus teneat, quod parochus auctoritate propria possit hoc casu parochianis sacramenta subtrahere, & male, quia ab omnibus reprobatur, ut ultra citatos ab aliis per Felin. d. n. 3. vers. sed contra allegat Navar. in cons. 2. de decim. & in simili videmus, quod, licet doctoribus salarium non solvatur, non tamen studium interdici facere possunt, arg. tex. in l. 1. quem ita ponderat Bal. C. de adv. fisc. & Cepol. in tract. de adi. lit. edic. §. ordinem 38
emptor. num. 3.

Et tanto minus sepulturam Laicis ob non solutionem decimarum, aut cessationes a solitis oblationibus possunt denegare, quoniam sepulturam debitorum impediens infamiae notam, & alias poenas incurrunt de quibus in Aut. Item ext. fin. C. de sepulcr. viol. quae leges civiles licet non ligent clericos, sat est quod valde impium noscitur, quo parochi nullo jure se munire

possunt quo subtractionem sacramentorum, aut sepulturam negare suis parochianis possint; praemissis de causis per suos ordinarios debeat, non autem sibi ipsis jus dicere, & debitores ad solutionem juris remediis, etiam usque ad enunciationis sententiam procedere, juxta fact. conc. Trid. dispositionem, ut in cap. 12. §. qui vero, sessione 25. de reform.

36 Quid autem ꝑ si parochiani sint adeo pauperes, ut sacerdoti providere non possint, tunc parochi manibus suis victum sibi quaerere licebit cap. clericus victum 91. dist. & Graff. eod. cap. 17. num. 6. vers. quod si parochiani, & iste erit casus singularis, quo clericus poterit aliquid negotiari, dummodo ad victum tantum, non ad quaerendum non obstante cap. secundum instituta, & tot. tit. ne cler. vel mon. neg. se immisc. si vero parochiani consueverunt facere oblationes, & a consuetis desistere intendant, tunc Episcopus illos ad illas faciendas juxta solitum cogere potest, & iste erit unus ex casibus quibus ꝑ Episcopus habet jurisdictionem in laicos ad ipsos cogendum observare laudabilem consuetudinem Ecclesiae, ut tenet Abb. in ca. ad Apostolica, num. 3. & Bar. in l. privilegia, n. 2. & 3. C. de Sacra sanct. Eccl.

38 Pluribus ꝑ etiam aliis de causis Episcopi jurisdictionem habent in laicos, de quibus per gl. & dd. in c. cum sit generale, de for. comp. & Innoc. in c. licet n. 3. eod. tit. Et quamvis in laicos reos regulariter nullam habeant jurisdictionem in rebus contempnabilibus, sed actor forum rei sequi debeat ut cap. si clericus laicum, & d. cap. cum sit generale, eod. tit. dicta tamen regula fallit ubique contraria viget consuetudo, gl. in d. cap. si clericus, in fin.

Primò